

tharum & centaurorum: adeo momenta omnia compacta artis illi fuere. In base autem quod cælatur est pandoras genesin appellauit. Ibi dii sunt. xx. numero nascētes. uictoria præcipue mirabili piti. Mirantur & septē: & sub ipsa cuspide æream spingem. Hæc licet sint obiter dicta de artifice nunquã satis laudator simul ut noscatur illam magnificentiã æqualem fuisse & in paruis. Praxitelis ætatē inter statuarios diximus: q̄ marmoris gloria superauit etiã semet. Opera eius sūt athenis in ceramico: sed ante omnia & non solum praxitelis: ueq̄ & in toto orbe terrarū Venus: quã ut uiderent multi nauigauerunt gnidum. duas fecerat: simulq̄ uendebat. alteram uelata specie quam ob id quidem prætulerunt optione: quorum cõditio erat coi: cū alteram etiam eodem pretio detulisset: seuerum id ac pudicū arbitantes. Reiectã gnidii emerunt: immensa differentia famæ. Voluit eã postea a gnidiis mercari rex Nicomedes: totum æs ciuitatis alienum: quod erat ingens: dissolutusq̄ repromittens. Omnia perpeti maluerit: nec imerito. Illo enim signo praxiteles nobilitauerat gnidū. aedacula eius tota aperit: ut cõspici possit undiq̄ effigies deæ: fauente ipsa ut credif factio. Nec minor ex quacunq̄ parte ammiratio est. Ferunt amore aptum quẽdã: cū delituisset noctu simulacro cohæsisse: eiusq̄ cupiditatis esse indicẽ maculã. Sunt in gnido & alia signa marmorea illustriũ artificum. Liber pater bryaxidis: & alter Scopæ: & Minerua. Nec maius aliud ueneris praxitelicæ specimen q̄ qd' inter hæc sola memoratur. Eiusdem est cupido obiectus a Cicerone uerri ille pp̄ quẽ thespia uisebatur. Nunc in octauia scholis positus. Eiusdẽ & alter nudus in pario colonia ppõtidis par ueneri gnidia nobilitate & iniuria. Adamauit enim eum alchidas rhodius: atq̄ in eo quoq̄ simile amoris uestigiũ reliq̄t. Romæ praxitelis opa sunt: Flora: Triptolemus: Cæres in hortis feruilianis: Boni euentus & bonæ fortune simulacra in capitolio. Item Menades: & quas Thyiadas uocant: & Caryatidas & fileni Asinii pollionis monumentis: & apollo & neptunus. Praxitelis filius Cephisodorus & artis hæres fuit. Cuius laudatum est pgami symplega signũ nobile: digytis corpori uerius q̄ marmoris impressis. Romæ eius opa sunt Latona in palatii delubro. Venus in asinii pollionis monumētis: & intra octauia porticus in iunõis æde æsculapius ac Diana. Scopæ uero laus cum his certãtis. Fecit uenerẽ & poton & phatheontem: q̄ samothraciã sanctissimus in cærimoniis coluntur. Item apollinem palatinũ. Vestam sedentẽ laudatã in feruilianis hortis: duasq̄ chameteras circa eam: quorū pares in asinii monumentis sunt. Vbi & Canephorus eiusdẽ. Sed in maxima dignatione Cn. Domitii delubro in cyrcio flãmínio neptunus ipse & Thetis atq̄ achilles nereides supra delphinis & cete & hippocãpos sedentes. Itẽ tritones: chorusq̄ phorci & pristes: ac multa alia marina. Eiusdẽ manus omnia magnũ & præclarũ opus etiam si totius uitæ fuisset. Nunc uero præter supradicta quæq̄ nescimus. Mars est etiã sedens: Colossus eiusdem in templo Bruti Callaici apud circum eũdem ad laucanam portã eunti. præterea uenus in eodem loco nuda praxitelica illam gnidiam antecedentes: & quacunq̄ alium locum nobilitat. Romæ quidem magnitudo operum est iam oblitterata a magnis officiorū negociorūq̄ aceruis: quæ oēs a contẽplatione talium abducunt: quoniã ocioforum: & in magni loci silentio apta ammiratio talis est. Qua de eã ignoratur artifex eius quoq̄ ueneris quã Vespasianus imperator in opibus pacis suæ dicauit atiquorum dignã fama. parhæsitatio est in templo apollinis soliani nioben cū liberis morientẽ Scopas anpraxiteles fecerit. Item ianus pater in suo tẽplo dicatus ab augusto: ex ægypto aduẽctus: utriusq̄ manus sit: iam quidẽ & auro occultatus. Similiter in curia octauia quæritur de Cupidine fulmen tenẽte. id demum affirmatur: Alcibiadem esse principem forma in ea ætate. Multa in eadẽ schola sine auctoribus placent. Satyri quattuor: ex quibus unus liberũ patrem palla uelatum ueneri præfert. alter liberã similiter. Tertius ploratum infantis cohibet. Quartus craterẽ alterius sitim sedat: duæq̄ nymphae uelificantes sua ueste. Nec minor quæstio est in septis. Olympum & panã chironemq̄ cū achille qui fecerint: præsertim cum capitali satisfactiõẽ fama iudicet dignos. Scopas habuit æmulos eadẽ ætate bryaxin: & Thimotheum: & Locarem: de quibus simul dicendũ est: quonlã pariter cælaturẽ mausoleũ hoc est sepulchrum ab uxore artemisia factum Mausolo caria regulo: qui obiit olympiadis cẽtesimæ anno secũdo. Opus id ut esset inter septem miracula: ii maxime artifices fecere: patet ab austro & septẽtrione sexagenos ternos pedes: Breuius a frontibus toto circuitu pedes q̄dringentos. xi. attollitur in altitudinẽ. xxv. cubitis. Cingitur colūnis. xxxvi. ab oriente cælauit Scopas a septẽtrioẽ Bryax: a meridie Thimotheus ab occasu Leocares. priusq̄ q̄ perageret: regina artemisia: quæ mariti mēoria id opus extrui iusserat: obiit. Non tamẽ recesserunt: nisi absoluto iam id gloriæ ipsorūq̄ artisorū monumentũ iudicantes: hodieq̄ certant manus accessit & quintus artifex. Nanq̄ supra pteron pyramis altitudine inferiorẽ æquauit. xxiiii. gradibus in metæ cacumen se contrahens. In summo est quadriga marmorea: quã fecit pythis. Hæc adiecta. cxi. pedũ altitudine: totũ opus includit. Timothei mãu Diana Romæ ẽ in palatio apollinis delubro: cui signo caput reposuit aulanius Euãder. In magna ammiratiõẽ ẽ & hercules Menestrati. Et Hecate ephesi in tẽplo Dianæ post ædẽ in cuius cõtemplationẽ amonẽt

Chlora

Symplegma